LI. 90. They find fault when from the same utterance two or more word-forms are derived, which they call synonymms, such as *Alcmaeus* and *Alcmaeo*,^a and also *Geryon*, *Geryoneus*, *Geryones*.^b As to the fact that in this class certain speakers interchange the case-forms wrongly—they are not finding fault with Regularity, but with the speakers who use those case-forms unskillfully: each speaker ought to follow, in his inflection, the case-forms which attend upon the nominative which he has taken as his start, and he ought not to make a dative *Alcmaeoni* and an accusative *Alcmaeonem* when he has said *Alcmaeus* in the nominative; if he has mixed his declensions and has not followed the Regularities, blame must be laid upon him.

LII. 91. They find fault^a with Aristarchus for saying that the names *Melicertes* and *Philomedes* are not alike, because one has as its vocative *Melicerta*, and the other has *Philomedes*^b; and likewise with those who say that *lepus* 'hare' and *lupus* 'wolf' are not alike, because the vocative case of one is *lupe* and of the other is *lepus*, and with those who say the same of *socer* 'father-in-law' and *macer* 'lean,' because in the declensional change there comes from the one the three-syllabled genitive *soceri* and from the other the two-syllabled genitive *macri*.

92. Although the answer to this was given above^a when I spoke about the kinds of wool, I shall make here some further statements: the likenesses of

overpowered and robbed of his cattle; all three forms are known in Greek, but only *Geryon* and *Geryones* in Latin.

§ 91. ^a Cf. viii. 68. ^b The Greek nominatives end in -ης, but the vocatives end in -α and -ες respectively.

§ 92. ^a Cf. ix. 39.

VARRO

a facie dici, sed etiam ab aliqua coniuncta vi et potestate, quae et oculis et auribus latere soleant : itaque saepe gemina facie mala negamus esse similia, si sapore sunt alio ; sic equos eadem facie nonnullos negamus esse similis, <s>i² natione s<unt>³ ex procreante dissimiles.⁴

93. Itaque in hominibus emendis, si natione alter est melior, emimus pluris. Atque in hisce omnibus similitudines non sumimus tantum a figura, sed etiam aliu<n>de, ut in equis aetas, ut in <asin>is¹ cuius modi faciant pullos, ut in pomis quo sint suco. Si igitur idem sequitur in similitudine verborum quis, reprehendendus non est.

94. Quare similitudinum¹ discernendarum causa nonnunquam ut pronomen assumitur, sic casum aliquem assumi<mus>,² ut in his nemus, lepus, hic lepus, hoc nemus : itaque discedunt ac dicuntur hi lepores, haec nemora. Sic aliud si quid assumptum erit extrinsecus, quo similitudo penitus perspicui possit, non nim<is>³ erit remotum ab natura : neque enim magnetas lapides duo inter se similes sint necne, perspicere possis, nisi minutum extrinsecus prope apposueris ferrum, quod similes lapides similiter ducunt, dissimiliter dissimiles.

² *Sciop.*, for in. ³ *L. Sp.* ; natione *Vertranius* ; for nationes. ⁴ For dissimilis.

§ 93. ¹ *Lachmann*, for ut inis.

§ 94. ¹ *L. Sp.*, for similitudinem. ² *L. Sp.*, for assumi.

³ *A. Sp.*, for enim.

§ 93. ^a For example, Cappadocians were notoriously worthless as slaves.

spoken words rest not only upon their form, but also upon some attached strength and power which is usually hidden from our eyes and ears. Therefore we often say that two apples that are identical in appearance are not alike, if they are of different flavour; and we say that some horses of the same appearance are not alike, if by breed they are different on the sire's side.

93. Therefore in buying human beings as slaves, we pay a higher price for one that is better by nationality.^a And in all these matters we take the points of likeness not merely from the appearance, but also from other factors, as in horses their age, in asses the kind of colts that they beget, in fruits the flavour of their juice. If therefore one proceeds in the same way in deciding whether words are alike, he is not to be found fault with.

94. Wherefore as the pronoun^a is sometimes taken as an aid to distinguish the resemblances, so we take some case-form, as in *nemus* 'grove' and *lepus* 'hare,' *lepus* being shown by it to be masculine and *nemus* neuter: therefore they go in different directions and the plurals are *lepores* and *nemora*. So also, if anything else whatsoever is taken from outside to enable a thorough examination of the problem of likeness to be made, it will not be too far from the natural qualities: for you cannot even see whether two magnetic stones are alike or not, unless you have brought close to them from outside a particle of steel, which like magnets attract to a like degree, and magnets different in strength attract with different powers.

§ 94. ^a Specifically, the demonstrative *hic* and its forms, used as indicative of gender and of case.

VARRO

95. Quod ad nominatiuom¹ analogia⟨m⟩² pertinet, ita deli⟨q⟩uatum³ arbitror, ut omnia quae dicuntur contra ad respondendum ab his fontibus sumi possit. LIII. Quod ad verborum temporalium rationem attinet, cum partes sint quattuor, tempora, personae, genera, divisiones,⁴ ex omni parte quoniam reprehendunt, ad singula respondebo.

LIV. 96. Primum quod aiunt analogias non servari in temporibus, cum dicant legi lego legam et sic simili⟨ter⟩¹ alia : nam quae sint ut legi rem² perfectam significare, duo reliqua lego et legam³ inchoatam, iniuria reprehendunt : nam ex eodem genere et ex divisione idem verbum, quod sumptum est, per tempora traduci ⟨infecti⟩⁴ potest, ut discebam disco discam, et eadem perfecti, ut didiceram didici didicero. LV. Ex quo licet seire verborum ratione⟨m⟩⁵ constare, sed eos, qui trium temporum verba pronuntiare velint, ⟨in⟩scienter⁶ id facere ;

97. item¹ illos qui reprehendunt, quod dicamus amor amabor amatus sum : non enim debuisse in una serie unum verbum esse duplex, cum duo simplicia essent. Neque ex divisione si unius modi ponas

§ 95. ¹ *L. Sp.*, for nominatiuom. ² *Aug.*, for analogia.
³ *GS.*, for declinatum. ⁴ *L. Sp.*, for personarum generum diuisionum.

§ 96. ¹ *L. Sp.*, with *H.*, for simile. ² *C. F. W. Mueller* (legi *Aug.*), for legerem. ³ After legam, *L. Sp.* deleted et lego (*Aug.* deleted lego et before legam). ⁴ Added here by *GS.* ; after ut, by *L. Sp.* ; after tempora, by *Christ.* ⁵ *Aug.*, for ratione. ⁶ *L. Sp.*, for scienter.

§ 97. ¹ *Aug.*, for idem.

§ 95. ^a Apparently a *genus* of verbs is a group of verbs which make their forms similarly, a conjugation or a group belonging to one conjugation ; but it may also be a set of forms having one function, and hence equal to ' mood,'

95. That which concerns the Regularity of nouns has, I think been so cleared up that material for answering all objections can be drawn from these sources. LIII. We now come to the logical system of verbs; this has four parts: tenses, persons, kinds,^a and divisions.^b As they find fault with respect to each and every part, I shall make answer to the objections one by one.

LIV. 96. First as to their saying that the Regularities are not preserved in the tenses, when they give perfect *legi* 'I have read,' present *lego* 'I read,' future *legam* 'I shall read,' and others in just the same way: they are wrong in finding fault with those forms like *legi* as denoting completed actions and the other two, *lego* and *legam*, as denoting action only begun; for the same verb which has been taken from the same kind and the same division, can be paraded through the tenses of non-completion, like *discebam* 'I was learning,' *disco* 'I learn,' *discam* 'I shall learn,' and the same of completion, thus *didiceram* 'I had learned,' *didici* 'I have learned,' *didicero* 'I shall have learned.' LV. From this one may know that the logical system of verbs is consistent with itself, but that those who try to speak the verbs in their three tenses, do this in an ignorant way;

97. that likewise those do so ignorantly who find fault because we say *amor* 'I am loved,' *amabor* 'I shall be loved,' *amatus sum* 'I have been loved'; for, they say, in one and the same series there ought not to be one verb made up of two words while the other two verbs are each of one word. Yet if you would

cf. § 102. ^b There were two divisions, one comprising the tenses of incomplete action, and the other the tenses of completed action.

verba, discrepant inter se : nam infecta omnia simplicia similia sunt, et perfecta duplicia inter se paria in omnibus verbis, ut haec amabar amor amabor, amatus (eram amatus sum amatus)² ero.

98. Quare item male dicunt ferio feriam pereussi, quod est ordo (ferio)¹ feriam feriebam, pereussi percussero percusseram.² Sic deinceps in reliquis temporibus reprehendenti responderi potest.

LVI. 99. Similiter errant qui dicunt ex utraque parte verba omnia commutare syllabas oportere aut nullum, in his pungo pungam pupugi, tundo tundam tutudi : dissimilia enim conferunt, verba infecti cum perfectis. Quod si infecta modo conferrent, omnia verbi principia incommutabilia viderentur, ut in his pungebam pungo pungam et contra ex utraque parte commutabilia, si perfecta ponerent, ut pupugeram pupugi pupugero.

LVII. 100. Item male conferunt fui sum ero, quod fui est perfectum, cuius series sibi, ut debet, in omnibus partibus¹ constat, quod est fueram fui fuero ; de infectis sum quod nunc dicitur olim dicebatur esum et in omnibus personis constabat, quod dicebatur

² Added by L. Sp.

§ 98. ¹ Added here by Mue. ; added after feriam by G, H, Aldus. ² Mue., for percutio percutiam ; see note b.

§ 100. ¹ A. Sp., for personis.

§ 98. ^a In this section Varro changes the order in which he cites the tenses. ^b *Ferio* is found only in the present tense-system ; in the perfect tense-system it is replaced by *percussi*, the present tense-system of which is relatively little used. This justifies the emendation of the text.

put down verb-forms from a division of one kind, they would not differ from one another; for all the forms denoting incomplete action are alike single, and the forms of completed action are in all verbs double, quite like one another: such as *amabar*, *amor*, *amabor*, and *amatus eram*, *amatus sum*, *amatus ero*.

98. Wherefore likewise they do ill to cite *ferio* 'I strike,' future *feriam*, perfect *percussi*; because the proper order is *ferio*, *feriam*, *feriebam*,^a and *percussi*, *percussero*, *percusseram*.^b And in this fashion answer can be made to the one who finds fault in the matter of the other tenses.

LVI. 99. They make a similar mistake who say that all verbs ought to change the radical syllables in both divisions, or no verb should—as in *pungo* 'I prick,' future *pungam*, perfect *pupugi*, and *tundo* 'I pound,' *tundam*, *tutudi*; for they are comparing unlikes, namely verbs of the incomplete phase with the completed. But if they were comparing only the incomplete, then all the stems of the verb would be seen to be unchangeable, as in *pungebam*, *pungo*, *pungam*, and on the other hand changeable, if they instanced the completed, as in *pupugeram*, *pupugi*, *pupugero*.

LVII. 100. Likewise they do ill to compare *fui* 'I was,' *sum* 'I am,' *ero* 'I shall be'; for *fui* is a form of completed time, whose series is consistent with itself in all its parts, as it should be, namely *fueram*, *fui*, *fuero*. Of the incomplete, that which is now pronounced *sum* used to be spoken *esum*,^a and the series is consistent in all its persons, because they

§ 100. ^a This form seems to have been invented by Varro to suit his argument; all the evidence is against its ever having existed.

VARRO

esum es est, eram eras erat, ero eris erit ; sic huiusce modi cetera servare analogiam videbis.

LVIII. 101. Etiam in hoc reprehendunt, quod quaedam verba neque personas habent ternas neque tempora terna : id imperite reprehendunt, ut si quis reprehendat naturam, quod non unius modi finxerit animalis omnis. Si¹ enim natura non omnes formae verborum terna habent² tempora, ternas personas, non habent totidem verborum divisiones. Quare cum imperamus, natura quod infecta <ver>ba³ solum habe<n>t,⁴ cum *aut*⁵ praesenti aut absentis imperamus, fiunt terna, ut lege legito legat : perfectum enim imperat nemo. Contra quae sunt *indicandi*,⁶ ut lego legis legit, novena fiunt verba infecti, novena perfecti.

LIX. 102. Quocirca non si genus cum genere discrepat,¹ sed in suo quique² genere si quid deest, requirendum. Ad haec addita si erunt ea quae de nominatibus³ supra sunt dicta, facilius omnia solventur. Nam ut illic externi<s>⁴ caput rectus casus, sic hic in forma est persona eius qui loquitur et tempus praesens, ut scribo lego.

§ 101. ¹ *Aug.*, for sic. ² *G, H, a*, for habeant.
³ *Mue.*, with *G*, for infectaba. ⁴ *Christ*, with *G*, for habet.
⁵ *L. Sp.*, for et. ⁶ *L. Sp.*, for imperandi.
 § 102. ¹ *Laetus*, for discrepant. ² *Abl.* quique *Lachmann*, for quisque. ³ *L. Sp.*, for nominatiuis. ⁴ *Fay*, for externi.

§ 101. ^a Present imperative, future imperative, present subjunctive. ^b The indicative mood. ^c Varro disregards the plural forms in this calculation.

§ 102. ^a Meaning 'mood'; cf. § 95, note a. ^b Cf. ix. 75-79.

used to say present *esum es est*, imperfect *eram eras erat*, future *ero eris erit*. In this same fashion you will see that the other verbs of this kind preserve the principle of Regularity.

LVIII. 101. Besides, they find fault with Regularity in this matter, that certain verbs have not the three persons, nor the three tenses ; but it is with lack of insight that they find this fault, as if one should blame Nature because she has not shaped all living creatures after the same mould. For if by nature not all forms of the verbs have three tenses and three persons, then the divisions of the verbs do not all have this same number. Therefore when we give a command, a form which only the verbs of uncompleted time have—when we give a command to a person present or not actually present, three verb-forms ^a are made, like *lege* 'read (thou),' *legito* 'read (thou)' or 'let him read,' *legat* 'let him read': for nobody gives a command with a form denoting action already completed. On the other hand, in the forms which denote declaration,^b like *lego* 'I read,' *legis* 'thou readest,' *legit* 'he reads,' there are nine verb-forms of uncompleted action and nine of completed action.^c

LIX. 102. For this and similar reasons the question that should be asked is not whether one kind ^a disagrees with another kind, but whether there is anything lacking in each kind. If to these there is added what I said above ^b about nouns, all difficulties will be easily resolved. For as the nominative case-form is in them the source for the derivative cases, so in verbs the source for other forms is in the form which expresses the person of the speaker and the present tense : like *scribo* 'I write,' *lego* 'I read.'

VARRO

103. Quare ut illic fit, si¹ hic item acciderit, in formula ut aut caput non sit aut ex alieno genere sit, proportione eadem quae illic dicimus, cur nihilominus² servetur analogia. Item, sicut illic caput suum habebit et in obliquis casibus transitio erit in ali(am) quam³ formulam, qua assumpta reliqua facilius possint videri verba, unde sint declinata (fit enim, ut rectus casus nonnunquam sit ambiguus), ut in hoc verbo volo, quod id duo significat, unum a voluntate, alterum a volando; itaque a volo intellegimus et volare et velle.

LX. 104. Quidam reprehendunt, quod pluit et luit dicamus in praeterito et praesenti tempore, cum analogiae sui cuiusque temporis verba debeant discriminare. Falluntur: nam est ac putant aliter, quod in praeteritis U dicimus longum pluit (luit),¹ in praesenti breve pluit luit: ideoque in lege venditionis fundi "ruta caesa" ita dicimus, ut U producamus.

LXI. 105. Item reprehendunt quidam, quod putant idem esse sacrificio¹ et sacrificor, lavat² et lavatur; quod sit an non, nihil commovet analogiam, dum sacrificio³ qui dicat servet sacrificabo et sic per

§ 103. ¹ *Mue.*, for sic. ² For nihilominus. ³ *Mue.*, for aliquam.

§ 104. ¹ *Added by Aug.*

§ 105. ¹ *Aug.*, for sacrificio. ² *L. Sp.*; sacrificor et lavat *Aug.*; for sacrificio relauat. ³ *Aug.*, for sacrifici.

§ 103. ^a *Cf.* ix. 76.

§ 104. ^a Found in older Latin, but seemingly shortened by about Varro's time. ^b One might exempt from inclusion in the sale of a property all things dug up (sand, chalk, etc.) and all things cut down (timber, etc.), even though they were still unwrought materials. ^c The *u* is short in the compounds *erutus*, *obrutus*, etc.

103. Wherefore, if it has happened in verbs as it does happen in nouns, that in the pattern the starting-point is lacking or belongs to a different kind, we give the same arguments here which we gave there,^a with suitable changes in application, as to why and how Regularity is none the less preserved. And as in nouns the word will have its own peculiar starting-point and in the oblique cases there will be a change to some other pattern, on the assumption of which it can be more easily seen from what the word-forms are derived (for it happens that the nominative case-form is sometimes ambiguous), so it is in verbs, as in this verb *volo*, because it has two meanings, one from wishing and the other from flying; therefore from *volo* we appreciate that there are both *volare* 'to fly' and *velle* 'to wish.'

LX. 104. Certain critics find fault, because we say *pluit* 'rains' and *luit* 'looses' both in the past tense and in the present, although the Regularities ought to make a distinction between the verb-forms of the two tenses. But they are mistaken; for it is otherwise than they think, because in the past tense we say *pluit* and *luit* with a long *Ū*,^a and in the present with a short *Ū*; and therefore in the law about the sale of farms we say *ruta caesa* 'things dug up and things cut,'^b with a lengthened *u*.^c

LXI. 105. Likewise certain persons find fault, because they think that active *sacrifico* 'I sacrifice' and passive *sacrificor*, active *lavat* 'he bathes' and passive *lavatur*, are the same^a: but whether this is so or not, has no effect on the principle of Regularity, provided that he who says *sacrifico* sticks to the future

§ 105. ^a With the same meaning: but the passive of these verbs sometimes has true passive meaning.

VARRO

totam formam, ne dicat sacrificatur⁴ aut sacrificatus sum : haec enim inter se non conveniunt.

106. Apud Plautum, cum dicit :

Piscis ego credo qui usque dum vivunt lavant
Diu minus lavari¹ quam haec lavat Phronesium,

ad lavant lavari non convenit, ut *I*² sit postremum, sed *E* ; ad lavantur analogia lavari reddit : quod Plauti aut librarii mendum si est, non ideo analogia, sed qui scripsit est reprehendendus. Omnino et lavat³ et lavatur dicitur separatim recte in rebus certis, quod puerum nutrix lava<t>,⁴ puer a nutrice lavatur, nos in balneis et lavamus et lavamur.

107. Sed consuetudo alterum utrum cum satis haberet, in toto corpore potius utitur lavamur, in partibus lavamus, quod dicimus lavo manus, sic pedes et cetera. Quare e balneis non recte dicunt lavi, lavi manus recte. Sed quoniam in balneis labor lautus sum, sequitur, ut contra, quoniam est soleo, oportet<a>t dici solui, ut Cato et Ennius scribit, non ut dicit volgus, solitus sum, debere diei ; neque propter haec, quod discrepant in sermone pauca, minus est analogia, ut supra dictum est.

⁴ *L. Sp.*, for sacrificaturus.

§ 106. ¹ *Plautus* has minus diu lavare. ² *H.*, for *T.*

³ *H.*, for lauant. ⁴ *For* laua.

§ 107. ¹ *Mue.*, for oportet.

§ 106. ^a *Truc.* 322-323.

§ 107. ^a The passive form as a middle or reflexive, but the active form as a transitive requiring an object. ^b *Frag. inc.* 54 Jordan. ^c *Frag. inc.* 26 Vahlen². ^d *Cf.* ix. 33.

sacrificabo and so on in the active, through the whole paradigm, avoiding the passive *sacrificatur* and *sacrificatus sum* : for these two sets do not harmonize with each other.

106. In Plautus, when he says ^a :

The fish, I really think, that bathe through all their life,
Are in the bath less time than this Phronesium,

lavari 'are in the bath,' with final I instead of E, does not attach to *lavant* 'bathe' : Regularity refers *lavari* to *lavantur*, and whether the error belongs to Plautus or to the copyist, it is not Regularity, but the writer that is to be blamed. At any rate, *lavat* and *lavatur* are used with a difference of meaning in certain matters, because a nurse *lavat* 'bathes' a child, the child *lavatur* 'is bathed' by the nurse, and in the bathing establishments we both *lavamus* 'bathe' and *lavamur* 'are bathed.'

107. But since usage approves both, in the case of the whole body one uses rather *lavamur* 'we bathe ourselves,' and in the case of portions of the body *lavamus* 'we wash,' in that we say *lavo* 'I wash' my hands, my feet, and so on.^a Therefore with reference to the bathing establishments they are wrong in saying *lavi* 'I have bathed,' but right in saying *lavi* 'I have washed' my hands. But since in the bathing establishments *lavor* 'I bathe' and *lautus sum* 'I have bathed,' it follows that on the other hand from *soleo* 'I am wont,' which is in the active, one ought to say *solui* 'I have been wont,' as Cato ^b and Ennius ^c write, and that *solitus sum*, as the people in general say, ought not to be used. But as I have said above,^d Regularity exists none the less for these few inconsistencies which occur in speech.

VARRO

LXII. 108. Item cur non sit analogia, *afferunt*,¹ quod ab similibus similia non declinentur, ut ab dolo et colo : ab altero enim dicitur dolavi, ab altero colui ; in quibus assumi solet aliquid, quo facilius reliqua dicantur, ut i⟨n⟩² *Myrmecidis*³ operibus minutis solet fieri : igitur in verbis temporalibus, quo⟨m⟩⁴ similitudo *saepe* sit confusa, ut discerni nequeat, nisi transieris in aliam personam aut in tempus, quae proposita sunt no⟨n e⟩sse⁵ similia intellegitur, cum transitum est in secundam personam, quod alterum est *dolas*, alterum *colis*.

109. Itaque in reliqua forma verborum suam utr⟨um⟩que¹ sequitur formam. Utrum in secunda ⟨persona⟩² forma verborum temporalis⟨um⟩³ habeat in extrema syllaba AS ⟨an ES⟩ an ĪS a⟨u⟩t ĪS,⁴ ad discernendas similitudines interest : quocirca ibi potius index analogiae quam in prima, quod ibi abstrusa est dissimilitudo, ut apparet in his *meo*, *neo*, *ruo* : ab his enim dissimilia fiunt transitu, quod sic dicuntur *meo meas*, *neo nes*, *ruo ruis*, quorum unumquodque suam conservat similitudinis formam.

LXIII. 110. Analogiam item de his quae appellantur participia reprehendunt multi¹ ; iniuria : nam non debent dici *terna* ab singulis verbis *amaturus* *amans* *amatus*, quod est ab *amo* *amans* et *amaturus*,

§ 108. ¹ *adferunt Aug., for asserunt.* ² *Aug., for uti.*
³ *Pius, for myrmecidis.* ⁴ *Aug., for quo.* ⁵ *Vertranius, for nosse.*

§ 109. ¹ *Sciop., for uterque.* ² *Added by L. Sp.* ³ *L. Sp., for temporale.* ⁴ *L. Sp. (aut ES Canal), for as anis at si.*

§ 110. ¹ *GS., for multa.*

§ 108. ^a Just as we nowadays take the infinitive to show the conjugation, adding the perfect active and the passive

LXII. 108. Likewise, they present as an argument against the existence of Regularity the fact that like forms are not derived from likes, as from *dolo* 'I chop' and *colo* 'I till'; for one forms the perfect *dolavi* and the other forms *colui*. In such instances something additional is wont to be taken to aid in the making of the other forms,^a just as we do in the tiny art-works of Myrmecides^b: therefore in verbs, since the likeness is often so confusing that the distinction cannot be made unless you pass to another person or tense, you become aware that the words before you are not alike when passage is made to the second person, which is *dolas* in the one verb and *colis* in the other.

109. Thus in the rest of the paradigm of the verbs each follows its own special type. Whether in the second person the paradigm of verbs has in the final syllable AS or ES or ĪS or ĪS, is of importance for distinguishing the likenesses. Wherefore the mark of Regularity is in the second person rather than in the first, because in the first the unlikeness is concealed, as appears in *meo* 'I go,' *neo* 'I sew,' *ruo* 'I fall'; for from these there develop unlike forms by the change from first to second person, because they are spoken thus: *meo meas*, *neo nes*, *ruo ruis*, each one of which preserves its own type of likeness.

LXIII. 110. Likewise, many find fault with Regularity in connexion with the so-called participles; wrongly: for it should not be said that the set of three participles comes from each individual verb, like *amaturus* 'about to love,' *amans* 'loving,' *amatus* 'loved,' because *amans* and *amaturus* are from participle to make up the "principal parts" which are our guide. ^b Cf. vii. 1.

ab amor² amatus. Illud analogia quod praestare debet, in suo quicque genere habet, casus, ut amatus amato et amati amatis; et sic in muliebribus amata et amatae; item amaturus eiusdem modi habet declinationes, amans paulo aliter; quod hoc genus omnia sunt in suo genere similia proportione, sic virilia et muliebria sunt eadem.

LXIV. 111. De eo quod in priore libro extremum est, ideo non es(se) analogia(m),¹ quod qui de ea scripserint aut inter se non conveniant aut in quibus conveniant ea cum consuetudinis discrepent² verbis, utrumque (est leve)³: sic enim omnis repudiandum erit artis, quod et in medicina et in musica et in aliis multis discrepant scriptores; item in quibus conveniunt in⁴ scriptis, si e(a) tam(en)⁵ repudiat⁶ natura: quod ita ut dicitur non sit ars, sed artifex reprehendendus, qui (dici)⁷ debet in scribendo non vidisse verum, non ideo non posse scribi verum.

112. Qui dicit hoc monti et hoc fonti, cum alii dicant hoc monte et hoc fonte, sic alia quae duobus modis dicuntur, cum alterum sit verum, alterum falsum, non uter peccat tollit analogias, sed uter recte dicit confirmat; et quemadmodum is qui¹ peccat in his verbis, ubi duobus modis dicuntur, non

² *Aug.*; amaturus ab amabar *Rhol.*; *for* ab amaturus amabar.

§ 111. ¹ *Mue.*, *for* est analogia. ² *Mue.*, *for* discrepant. ³ *Added by GS.*; falsum *A. Sp.*; falsum est *Popma.* ⁴ *A. Sp.*, *for* ut. ⁵ *GS.*, *for* etiam. ⁶ *For* repudiant. ⁷ *Added by GS.*

§ 112. ¹ *L. Sp.*, *for* quicum.

§ 112. ^a *Cf.* viii. 66.

the active *amo*, and *amatus* is from the passive *amor*. But that which Regularity can offer, which the participles have, each in its own class, is case-forms, as *amatus*, dative *amato*, and plural *amati*, dative *amatis*; and so in the feminine, *amata* and plural *amatae*. Likewise *amaturus* has a declension of the same kind. *Amans* has a somewhat different declension; because all words of this kind have a regular likeness in their own class, *amans*, like others of its class, uses the same forms for masculine and for feminine.

LXIV. 111. About the last argument in the preceding book, that Regularity does not exist for the reason that those who have written about it do not agree with one another, or else the points on which they agree are at variance with the words of actual usage, both reasons are of little weight. For in this fashion you will have to reject all the arts, because in medicine and in music and in many other arts the writers do not agree; you must take the same attitude in the matters in which they agree in their writings, if none the less nature rejects their conclusions. For in this way, as is often said, it is not the art but the artist that is to be found fault with, who, it must be said, has in his writing failed to see the correct view; we should not for this reason say that the correct view cannot be formulated in writing.

112. As to the man who uses as ablatives *monti* 'hill' and *fonti* 'spring' while others say *monte* and *fonte*,^a along with other words which are used in two forms, one form is correct and the other is wrong, yet the person who errs is not destroying the Regularities, but the one who speaks correctly is strengthening it; and as he who errs in these words where they are used in two forms is not destroying logical

tollit rationem cum sequitur falsum, sic etiam in his <quae>² non³ duobus dicuntur, si quis aliter putat dici oportere atque oportet, non scientiam tollit orationis, sed suam inscientiam denudat.

LXV. 113. Quibus rebus solvi arbitraremur posse quae dicta sunt priori libro contra analogian, ut potui brevi percucurri. Ex quibus si id confecissent¹ quod volunt, ut in lingua Latina esset anomalia, tamen nihil egissent² ideo, quod in omnibus partibus mundi utraque natura inest, quod alia inter se <similia>³ alia <dissimilia>³ sunt, sicut in animalibus dissimilia sunt, ut equus bos ovis homo, item alia, et in uno quoque horum genere inter se similia innumerabilia. Item in piscibus dissimilis muraena lupo, is⁴ soleae, haec *muraenae*⁵ et mustelae, sic aliis, ut maior ille numerus sit similitudinum earum quae sunt separatim in muraenis, separatim in asellis, sic in generibus aliis.

114. Quare cum in inclinationibus verborum numerus sit magnus a dissimilibus verbis ortus, quod etiam vel maior est in quibus similitudines reperiuntur, confitendum¹ est esse analogias. Itemque² cum ea non multo minus quam in omnibus verbis patiatur uti consuetudo co<n>munis, fatendum illud quoquo

² *Added by Aug.* ³ *After non, Aug. deleted in.*

§ 113. ¹ *For conficissent.* ² *Aug., for legissent.*

³ *Added by Mue.* ⁴ *L. Sp., for his.* ⁵ *G, H, Aldus, for nerene.*

§ 114. ¹ *Aug., for conferendum.* ² *Aug., for item quae.*

^b That is, wrong forms not recognized as having a limited currency, but practically individual with the speaker.

§ 113. ^a The identification of the various kinds of fish is

system when he follows the wrong form, so even in those words which are not spoken in two ways, a person who thinks they ought to be spoken otherwise than they ought,^b is not destroying the science of speech, but exposing his own lack of knowledge.

LXV. 113. The considerations by which we might think that the arguments could be refuted which were presented against Regularity in the preceding book, I have touched upon briefly, as best I could. Even if by their arguments they had achieved what they wish, namely that in the Latin language there should be Anomaly, still they would have accomplished nothing, for the reason that in all parts of the world both natures are present: because some things are like, and others are unlike, just as in animals there are unlikes such as horse, ox, sheep, man, and others, and yet in each kind there are countless individuals that are like one another. In the same way, among fishes, the moray is unlike the wolf-fish, the wolf-fish is unlike the sole, and this is unlike the moray and the lamprey, and others also; though the number of those resemblances is still greater, which exist separately among morays, among codfish, and in other kinds of fish, class by class.^a

114. Now although in the derivations of words a great number develop from unlike words, still the number of those in which likenesses are found is even greater, and therefore it must be admitted that the Regularities do exist. And likewise, since general usage permits us to follow the principle of Regularity in almost all words, it must be admitted that we ought in some instances uncertain, but is not important for Varro's argument.

m(*o*)*do*³ analogian sequi nos debere universos, singulos autem praeterquam in quibus verbis offensus sit consuetudo *co*(*m*)*munis*, quod ut dixi aliud debet praestare populus, aliud e populo singuli homines.

115. Neque id mirum est, cum singuli quoque non sint eodem iure : nam liberius potest poeta quam orator sequi analogias. Quare cum hic liber id quod pollicitus est demonstraturum absoluerit,¹ faciam finem ; proximo deinceps de declinatorum verborum forma² scribam.

³ *Canal* ; quoque modo *Mue.* ; quodammodo *Aug.* ; *for* quo quando.

§ 115. ¹ *Aldus*, *for* absoluerim. ² *Pius*, *for* firma.

as a body to follow Regularity in every way, and individually also except in words the general use of which will give offence ; because, as I have said,^a the people ought to follow one standard, the individual persons ought to follow another.

115. And this is not astonishing, since not all individuals have the same privileges and rights ; for the poet can follow the Regularities more freely than can the orator. Therefore, since this book has completed the exposition of what it promised to set forth, I shall bring it to a close ; and then in the next book I shall write about the form of inflected words.

§ 114. ^a *Cf.* ix. 5.

M. TERENTI VARRONIS
DE LINGUA LATINA

AD CICERONEM LIBER VIII EXPLICIT ; INCIPIT

X

I. 1. IN verborum declinationibus disciplina loquendi dissimilitudinem an similitudinem sequi deberet, multi quæsierunt. Cum ab his ratio quæ ab similitudine oriretur vocaretur analogia, reliqua pars appellaretur anomalia : de qua re primo libro quæ dicerentur cur dissimilitudinem ducem haberi oporteret, dixi, secundo contra quæ dic(er)entur,¹ cur potius similitudinem² conveniret praeponi : quarum rerum quod nec fundamenta, ut deb(u)it,³ posita ab ullo neque ordo ac natura, ut res postulat, explicita, ipse eius rei formam exponam.

2. Dicam de quattuor rebus, quæ continent declinationes¹ verborum : quid sit simile ac dissimile, quid ratio quam appellant λόγον, quid pro portione²

§ 1. ¹ *Aldus*, for dicentur. ² *Aldus*. for dissimilitudinem. ³ *Aug.*, for debita.

§ 2. ¹ *L. Sp.*, for declinationibus. ² *Plasberg*, for portione.

§ 1. ^a Book VIII., which begins a fresh section of the entire work. ^b Book IX.

MARCUS TERENTIUS VARRO'S ON THE LATIN LANGUAGE

ADDRESSED TO CICERO
BOOK IX ENDS, AND HERE BEGINS

BOOK X

I. 1. MANY have raised the question whether in the inflections of words the art of speaking ought to follow the principle of unlikeness or that of likeness. This is important, since from these develop the two systems of relationship: that which develops from likeness is called Regularity, and its counterpart is called Anomaly. Of this, in the first book,^a I gave the arguments which are advanced in favour of considering unlikeness as the proper guide; in the second,^b those advanced to show that it is proper rather to prefer likeness. Therefore, as their foundations have not been laid by anyone, as should have been done, nor have their order and nature been set forth as the matter demands, I shall myself sketch an outline of the subject.

2. I shall speak of four factors which limit the inflections of words: what likeness and unlikeness are; what the relationship is which they call *logos*; what "by comparative likeness" is, which they call

quod³ dicunt ἀνὰ λόγον,⁴ quid consuetudo ; quae explicatae declarabunt analogiam et anomalia(m),⁵ unde sit, quid sit, cuius modi sit.

II. 3. De similitudine et dissimilitudine ideo primum dicendum, quod ea res est fundamentum omnium declinationum ac continet rationem verborum. Simile est quod res plerasque habere videtur easdem quas illud cuiusque simile : dissimile est quod videtur esse contrarium huius. Minimum ex duobus constat omne simile, item dissimile, quod nihil potest esse simile, quin alicuius sit simile, item nihil dicitur dissimile, quin addatur quoius sit dissimile.

4. Sic dicitur similis homo homini, equus equo, et dissimilis homo equo : nam similis est homo homini ideo, quod easdem figuras membrorum habent, quae eos dividunt ab reliquorum animalium specie. In ipsis hominibus simili de causa vir viro similior quam vir mulieri, quod plures habent easdem partis ; et sic senior seni similior quam puero. Eo porro similiores sunt qui facie quoque paene eadem, habitu corporis, filo : itaque qui plura habent eadem, dicuntur similiores ; qui proxume accedunt ad id, ut omnia habeant eadem, vocantur gemini, simillimi.

5. Sunt qui tris naturas rerum putent esse, simile, dissimile, neutrum, quod alias vocant non simile, alias

³ Aug., for quid.

⁴ Plasberg, for analogon.

⁵ Pius, for anomalia.

“ according to *logos* ” ^a ; what usage is. The explanation of these matters will make clear the problems connected with Regularity and Anomaly : whence they come, what they are, of what sort they are.

II. 3. The first topic to be discussed must be likeness and unlikeness, because this matter is the foundation of all inflections and set limits to the relationship of words. That is like which is seen to have several features identical with those of that which is like it, in each case : that is unlike, which is seen to be the opposite of what has just been said. Every like or unlike consists of two units at least, because nothing can be like without being like something else, and nothing can be unlike without association with something to which it is unlike.

4. Thus a human being is said to be like a human being, and a horse to be like a horse, and a human being to be unlike a horse ; for a human being is like a human being because they have limbs of the same shape, which separate human beings from the category of the other animals. Among human beings themselves, for a like reason a man is more like a man than a man is like a woman, because men have more physical parts the same ; and so an elderly man is more like an old man than he is like a boy. Further, they are more like who are of almost the same features, the same bearing of person, the same shape of body ; therefore those who have more points of identity, are said to be more like ; and those who come nearest to having them all alike, are called most like, as it were, twins.

5. There are those who think that things have three natures, like, unlike, and neutral, which last they sometimes call the not like, and sometimes the

VARRO

non dissimile (sed quamvis tria sint simile dissimile neutrum, tamen potest dividi etiam in duas partes sic, quodcumque conferas aut simile esse aut non esse); simile esse et dissimile, si videatur esse ut dixi, neutrum, si in neutram partem praeponderet, ut si duae res quae conferuntur vicenas habent partes et in his denas habeant easdem, denas alias ad similitudinem et dissimilitudinem aequae animadvertendas: hanc naturam plerique subiciunt sub dissimilitudinis nomen.

6. Quare quoniam fit¹ ut potius de vocabulo quam de re controversia esse videatur, illud est potius advertendum, quom simile quid esse dicitur, cui² parti simile dicatur esse (in hoc enim solet esse error), quod potest fieri ut homo homini similis³ non sit,⁴ ut multas partis habeat similis et ideo dici possit similis habere oculos, manus, pedes, sic alias res separatim et una plures.

7. Itaque quod diligenter videndum est in verbis, quas partis et quot modis oporteat similis habere (quae similitudinem habere)¹ dicuntur, ut infra apparebit, is locus maxime lubricus est. Quid enim similis potest videri indiligenti quam duo verba haec suis et suis? Quae non sunt, quod alterum² significat suere, alterum suem. Itaque similia vocibus

§ 6. ¹ *Aug.*, for fuit. ² *quoi L. Sp.*, for quin cui.
³ *V, p, C. F. W. Mueller*, for simile. ⁴ non sit *Rhol.*, for sit non sit.

§ 7. ¹ *Added by GS.*, cf. § 12 end; quae similia esse, added by *L. Sp.*; ut similia, by *Canal.* ² *After alterum, p and Aug. deleted non.*

not unlike ; but although there are the three, like, unlike, neutral, there can also be a division into two parts only, in such a way that whatever you compare with something else either is like or is not. They think that a thing is like and is unlike if it is seen to be of such a kind as I have described, and neutral, if it does not have greater weight on one side than on the other ; as if the two things which are being compared have twenty parts each, and among these should have ten to be noted as identical and ten likewise to be noted as different, in respect to likeness and unlikeness. This nature most scholars include under the name of unlikeness.

6. Therefore since it happens that the question in dispute seems rather to be about the name than about the thing, attention must rather be directed, when something is said to be like, to the problem to what part it is said to be like ; for it is in this that any mistake ordinarily rests. This must be noted, I say, because it can happen that a man may not be like another man even though he has many parts like the other's, and can be said therefore to have like eyes, hands, feet, and other physical features in considerable number, separately and taken together, like the other man's.

7. Therefore because careful watch must be kept in words to see what parts those words which are said to show likeness ought to have alike, and in what ways, the inquirer is on this topic especially likely to slip into error, as will appear below. For to the careless person what can seem more alike than the two words *suis* and *suis* ? But they are not alike, because one is from *suere* 'to sew' and means 'thou sewest,' and the other is from *sus* and means 'of a swine.' There-

VARRO

esse ac syllabis confitemur, dissimilia esse partibus orationis videmus, quod alterum habet tempora, alterum casus, quae duae res vel maxime discernunt analogias.

8. Item propinquiora genere inter se verba similem saepe pariunt errorem, ut in hoc, quod nemus¹ et lepus videtur esse simile, quom² utrumque habeat eundem casum rectum ; sed non est simile, quod eis³ certae similitudines opus sunt, in quo est ut in genere nominum sint eodem, quod in his non est : nam in virili genere⁴ est lepus, ex neutro nemus ; dicitur enim hic lepus et hoc nemus. Si eiusdem generis esse(n)t,⁵ utriusque praeponeretur idem ac diceretur aut hic lepus et hic nemus aut hoc nemus, hoc lepus.

9. Quare quae et cuius modi sunt genera similitudinum ad hanc rem, perspicendum ei qui declinationes verborum proportione sintne quaeret. Quem¹ locum, quod est difficilis, qui de his rebus scripserunt aut vitaverunt aut incepterunt neque adsequi poterunt.

10. Itaque in eo dissensio neque ea unius modi apparet : nam alii de omnibus universis discriminibus posuerunt numerum, ut Dionysius Sidonius, qui scripsit ea¹ esse septuaginta unum,² alii partis³ eius quae habet⁴ casus, cuius eidem hic cum dicat esse

§ 8. ¹ *H. Rhod.*, for numerus. ² *Mue.*, for quod cum.
³ *Aug.*, for eas. ⁴ After genere, *Aug.* deleted nominum sint eodem, repeated from the previous line. ⁵ *Aug.*, for esset.

§ 9. ¹ *Mue.*, for quod.

§ 10. ¹ *L. Sp.*, for eas. ² *L. Sp.*, for unam. ³ *Mue.*, for partes. ⁴ *Mue.*, for habent.

§ 8. ^a That is, so far as the termination is concerned.

§ 10. ^a That is, schemes of inflection. ^b A pupil of Aristarchus.

fore we admit that they are alike as spoken words and in their separate syllables, but we see that they are unlike in their parts of speech, because one has tenses and the other has cases ; and tenses and cases are the two features which in the highest degree serve to distinguish the different systems of Regularity.

8. Likewise, words that are even nearer alike in kind often cause a similar mistake, as in the fact that *nemus* ' grove ' and *lepus* ' hare ' seem to be alike since both have the same nominative ^a ; but it is not an instance of likeness, because they stand in need of certain factors of likeness, among which is that they should be in the same noun-gender. But these two words are not, for *lepus* is masculine and *nemus* is neuter ; for we say *hic* ' this ' with *lepus* and *hoc* with *nemus*. If they were of the same gender, the same form would be set before both, and we should say either *hic lepus* and *hic nemus*, or *hoc lepus* and *hoc nemus*.

9. Therefore he who asks whether the inflections of words stand in a regular relation, must examine to see what kinds of likenesses there are and of what sort they are, which pertain to this matter. And just because this topic is difficult, those who have written of these subjects either have avoided it or have begun it without being able to complete their treatment of it.

10. Therefore in this there is seen a lack of agreement, and not merely of one kind. For some have fixed the number of all the distinctions ^a as a whole, as did Dionysius of Sidon,^b who wrote that there were seventy-one of them ; and others set the number of those distinctions which apply to the words which have cases : the same writer says that of these there are

VARRO

discrimina quadraginta⁵ septem, Aristocles rettulit⁶ in litteras XIII, Parmeniscus VIII, sic alii pauciora aut plura.

11. Quarum similitudinum si esset origo recte capta et inde orsa ratio, minus erraret(ur)¹ in declinationibus v(er)borum.² Quarum ego principia prima duum generum sola arbitrator esse, ad quae³ similitudines exigi⁴ oporteat : e quis unum positum in verborum materia, alterum ut in materiae figura, quae ex declinatione fit.

12. Nam debet esse unum, ut verbum verbo, unde declinetur, sit simile ; alterum, ut e verbo in verbum declinatio, ad quam conferetur, eiusdem modi sit : alias enim ab similibus verbis similiter declinantur, ut ab erus¹ ferus, ero² fero, alias dissimiliter erus¹ ferus, eri³ ferum. Cum utrumque et verbum verbo erit simile et declinatio declinationi, tum denique dicam esse simile⁴ ac duplicem et perfectam similitudinem habere, id quod postulat analogia.⁵

13. Sed ne astutius videar posuisse duo genera esse similitudinum sola, cum utriusque inferiores species sint plures, si de his reticuero, ut mihi relin-

⁵ *M*, *Laetus*, for quadringenta. ⁶ *Mue.* ; rettulit *Laetus* ; for rutulit.

§ 11. ¹ *Vertranius*, for erraret. ² For uborum. ³ *Al-*
lus, for atque. ⁴ For exegi.

§ 12. ¹ For herus. ² For hero. ³ For heri. ⁴ *L.*
Sp., for similem. ⁵ For analogiam.

^c Probably Aristocles of Rhodes, a contemporary of Varro.

^d A pupil of Aristarchus.

forty-seven, Aristocles ^c reduced them to fourteen headings, Parmeniscus ^a to eight, and others made the number smaller or larger.

11. If the origin of these likenesses had been correctly grasped and their logical explanation had proceeded from that as a beginning, there would be less error in regard to the inflections of words. Of these likenesses there are, I think, first principles of two kinds only, by which the likenesses ought to be tested; of which one lies in the substance of the words,^a the other lies, so to speak, in the form ^b of that substance, which comes from inflection.

12. For there must be one, that the word be like the word from which it is inflected, and two, that in comparison from word to word the inflectional form with which the comparison is made should be of the same kind. ^o For sometimes there are like forms reached by inflection from like words, such as datives *ero* and *fero* from *erus* 'master' and *ferus* 'wild,' and sometimes unlike forms, such as genitive *eri* and accusative *ferum*, from *erus* and *ferus*. When both principles are fulfilled and word is like word and inflectional form like inflectional form, then and not before will I pronounce that the word is like, and has a twofold and perfect likeness to the other—which is what Regularity demands.

